

TA, QUIA JUDICABIT DOMINUS CAUSAM EJUS, ET CONFITEGET EOS QUI CONFIXERUNT ANIMAM EJUS. HOBORUM PRO CONFITEGEE RAPERE VEL PERDERE HABET. *Quia pauper est*; q. d. : Non est acutum ut rapias vel vim inferas pauperi, quia hoc facili poteris, cum defensorem non habeat. Quanto magis obnoxii sunt injuriis pauperes, tanto crudelius est eos opprimere. *Aliter : Quia pauper est*, cum ab omni injuria debeas alienus esse, tum maxime à rapina pauperis, qui aliqui satis afflictus est eò quòd pauper sit : cui si accedat etiam rapina et depravatio fortunarum, quas habet tenues, ad summam miseriam redigitur. *Aliter : Quia pauper est*, hoc est, quamvis pauper sit, et facillimè possis hominem opprimere. *Neque conteras egeum in portâ*, duplicem sensum habet : Vel in portâ domus tue : cum pauper ad fores tuas venerit petiitum opem abs te, cave ne vel verbis vel factis illius animum frangas, abigens inane, quem debes alere, et illius egestati succurrere. *Hominem fame conteris*, quem non pascis esuriente. *Aliter, et ne conteras in portâ*, suppl. civitatis, ubi iudicia exerceri solent : ut in portâ conteres sit in iudicio opprimere sententiâ iniquâ. *Haec est melior interpretatio et his que sequuntur magis quadrans. Nam Dominus iudicabit causam ejus*, hoc est, vindicabit injuriam pauperibus illatam, ut jam non solum impium, sed etiam stolium sit contra Deum pugnare, ut supra diximus. *Et confixet eos qui confixerunt*. Melius secundum Hebræos : *Et rapiet raptientium eos animam, vel rapiet à raptientibus eos animam*; ut particula *וְ* accipiat; et sit sensus : *Deus sumet vindictam de his qui deprædantur pauperes, et par pari referet*. Nam qui pauperibus quidquam facultatum auferit, vitam videtur auferre, cum eos ad famem et extremam inopiam adigat : Deus ab his animas, hoc est, vitam, auferet, vel temporalem, quam abbreviabit, vel vitam animæ, dum ab illis recedit Deus, sine quo vita nulla est.

VERS. 24, 25. — *NOLI ESSE AMICUS HOMINI IRACUNDO, NEQUE AMBELES CUM VIRO FURIOSO. NE PORTÊ DISCAS SEMITAS EJUS, ET CAPIAS SCANDALUM ANIMÆ TUE, VEL, ET SUMAS LAQUEUM ANIMÆ TUE.* Quod in specie dicitur de irâ et furore, in genere intelligere possumus de societate omnium malorum, que non potest esse sine periculo. Qui his perturbationibus obnoxius est, nempe iræ et furori, facilius pertrahit in ideam genus mali eos qui secum vivunt; et idcirco Sapiens amicum esse prohibet et ambulare vetat cum homine iracundo, vel quòd hujusmodi non sit aptus ad amicitiam, ut pote qui levissimâ de causâ solet offendere. In Hebræo legitur *וְ* *וְ*, hoc est, vir, vel, dominus et possessor, iræ; et significat non eum qui frequenter et subinde irascitur solum, sed eum etiam qui provocat ad iram, et eum qui dignus est irâ, et meretur ut quis irascatur et iram exerceat in eum; et erit sensus : *Ne societatem, vel amicitiam, jungas cum eo qui multis displicet, qui iram provocat Dei vel hominum. Ne discas semitas ejus*, que sunt aliene à sapientiâ. Ut aves laqueis capiuntur imprudentes, sic homines dum temerè vincuntur ab affectibus, incidunt in mala quibus sese explicare non possunt. Possumus per dominum iræ ip-

sam effrenam animæ portionem intelligere, que à philosophis irascibilis appellatur, cui vel obtemperare vel amicitiam jungere mentem et rationem prohibet. Sapiens, ne si frequentius irasci assuescamus, contractâ consuetudine irascendi, veluti laqueo ligata mens sapere desinat.

VERS. 20, 27. — *NOLI ESSE CUM HIS QUI DEFIGUNT MANUS SUAS, ET QUI VADES SE OFFERUNT PRO DEBITIS.* (Hebr. : *Ne sis inter eos qui percunt manus stipulando, et fidejudent pro debitis, vel oneribus.* Si enim non habes unde restitutas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili tuo? Hebr. : *Si non sis tibi ad reddendum, quare capis lectum tuum de subitis te?* Sub his verbis, que prudentiam quamdam mundanam præ se ferunt, aliorum latet sensus; et ex superiore subaudiuntur : *Noli esse socius (vel amicus) cum his qui esse implicat stipulationibus in oneribus*; q. d. : Qui promittunt plura quam sint solvendo, qui fidei aliene et periculo facultates suas committunt. Quod tuâ causâ nemo prudens fecerit, tu in alienâ facere non debes, fidejuberè videlicet in causâ que te ad egestatem possit perducere. Videtur pendere ex precedentibus. Jam enim prohibuit ne quis pauperem deprædaret; verum hoc in loco monet ne quis suâ culpâ ad inopiam perveniat; quod frequenter fieri solet imprudentibus, qui temerè, cum tenues sint, pro magnis oneribus et opibus stipulantur : unde nonnulli omnibus spoliati ne lectum quidem aut calcitrâ reliquam habent. Simul et feneratorum et exactorum crudelitatem insinuat, qui res vel maxime necessarias in securitatem vel solutionem alieni debiti rapere et vendicare solent. Alioqui jussit quoque Sapiens superius, c. 20. *Utile vestimentum ejus qui fidejussor existit alieni.* Undique cautum et providum vult esse suum filium, ut ne quid damni capiat alienâ fide deceptus, neque pro debitis aliorum fidejuberens extrema illa petiatur que fidejussoribus solent evenire. Juxta sensum secretiorem : *Affigunt manus fidejubes pro oneribus alienis et peccatis, qui curam animarum suscipiunt; et episcopali munere fungi gaudent et ambiunt; qui si tenues sint in doctrinâ et virtutum opibus, ut solvendo esse non possint, neque rationem villicationis reddere.* Luc. 16, veniet tandem qui lectum auferat, hoc est, hujus vite amovissimâ queque, quibus veluti strato hæcæntis dormiebant mali pastores oblitii sponsonis et fidejussionis suæ. Potest quadrare proverbium in omnes eos qui aliorum curam gerunt, sive patres, sive rectores civitatum et provinciarum.

VERS. 28, 29. — *NE TRANSGREDIARIS TERMINOS ANTIQVOS, QUOS POSUERUNT PATRES.* (Hebr. : *Ne transferas terminum seculi, quem fecerunt patres tui.*) VIDISTI VIRUM VELOCEM IN OPERE SUO? CORAM REGIBUS STABIT, NON STABIT CORAM TENEROSIS VEL OBSCURIS. Si absolute dictum intelligatur : *Ne transgrediaris terminum, vel ad terminos et limites in agris olim positos, quibus singularum hæreditates designantur, specia, vel ad legis prescripta et majorum sententias, quibus æquum et bonum inter homines statuitur ac decernitur, que cum ad amicitiam et concordiam inter homi-*

nes plurimum momenti habeant, temerè contemnenda non sunt à quâlibet sapiente (1). Juxta quosdam ad Hebræos, ad eos dirigit sermonem quorum crudelitatem in superiore versiculo notavit : *Quare lectum tuum accipiet subitis te?* q. d. : Hæus tu qui tanto rigore fœdera exigis et debita ab eo qui fidejussit, terminum et normam antiquorum patrum noli transgredi. Jam enim ab illis statutum est ne vestem aut stragulum pro pignore detineas, sed sub vesperam semper restitutas, cum sit in quo dormiat tenuis frater, Exod. 22. *Si pigrus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei; ipsum est solum quo operitur indumentum carnis ejus; non habet aliud in quo dormiat.* Denique, terminum patrum transgredi est nova dogmata excogitare, sectas introducere, deos alienos colere, aut ritum colendi Deum traditum à patribus immutare, secundum id quod scribitur Deut. 15 : *Si surrexerit in medio tui propheta, etc., et dixerit : Eamus, et sequamur deos alienos, quos ignoras, et serviamus eis, non audies verba*

(1) Sed dubitandum non est in his verbis etiam sublimiorem sensum contineri, quem nobis veteres tradiderunt, qui quidem intelligunt sententiam de terminis catholicæ fidei à Patribus constitutis. Sic venerabilis Beda : *Ne transgrediaris terminos fidei, quos catholici ad initio statuere doctores.* Et Gregor., lib. 16 Moral. cap. 21, tractans illud Job. 24 : *Alii terminos transulerunt.* Quos, aliorum nomine, nisi hæreticos designat? qui à sanctæ Ecclesiæ gremio extranei existunt. Ipsi cum terminos transferunt, quia constitutiones Patrum præviacando transcendunt. De quibus nimirum constitutionibus scriptum est : *Ne transgrediaris terminos antiquos.* (Estius.)

## CAPIT. XXIII.

1. Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende que apposita sunt ante faciem tuam :  
2. Et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.

3. Ne desideres de cibis ejus in quo est panis mendacii.

4. Noli laborare ut dileris; sed prudentiæ tuæ pone modum.

5. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquila, et volabunt in cœlum.

6. Ne comedas cum homine invido, et ne desideres cibos ejus :

7. Quoniam in similitudinem arioli et conjectoris, astimat quod ignorat. Comede et bibe, dicit tibi; et mens ejus non est tecum.

8. Cibos quos comederas, evomes, et perdes pulchros sermones tuos.

9. In auribus insipientium ne loquaris, quia despiciet doctrinam cloqui tui.

10. Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introas.

11. Propinquis enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.

12. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et aures tuæ vide scientiæ.

13. Noli subtrahere à puero disciplinam; si enim percusseris eum virgâ, non morietur.

propheta illius, cui somnioris. — *Vidisti virum velocem in opere, q. d. : In transferendis terminis à patribus statutis non est laus aut aliqua pars sapientiæ; sed in tuis operibus tandem habebis, non in alienis studiis et laboribus evertendis; quod ignavi et otiosi hominis signum est; relictis igitur his que ab antiquis rectè statuta sunt integris, ad aliud quodcumque studium honestum cum diligentia accingere. Nam qui in opere diligentiam et fidem præstant, etiam regibus sunt chari; apud reges eam inveniunt gratiam ut eorum presentia perpetuò fruatur. *Coram regibus stare solent*, non in privatis versari familiis inter obscuros et ignobiles. Cogita igitur quanta laus sit et quanta virtus in tuo labore et opere studioso esse et sedulo. Et haud dubiè quod Salomonis tempore, nestro quoque locum habet; nam quocumque studio, quodcumque scientiâ aut arte, non tam ipsa faculta commendat hominem quàm industria et fides ac vigilantia. Proverbiûm in genere dictum ad omnes ordines potest accommodari. Juxta proprietatem sermonis Hebræici potest et alium habere sensum, nempe, *ante reges statue se;* q. d. : *Labor omnia vincit improbus*, et vel ad regiam evehit dignitatem, maxime labor qui in vineam Domini impenditur, ut ad spirituales sensum veniamus. Si quis cum Paulo dicere possit : *Plus omnibus laboravi in Ecclesiâ Christi*, stabit ante reges et principes, de quibus scriptum est, Psal. 45 : *Pro patribus suis nati sunt tibi filii, constitues principes super omnem terram*, non coram Judicis ubique obscuris.*

## CHAPITRE XXIII.

1. Lorsque vous serez assis pour manger avec le prince, considérez avec attention ce qui sera servi devant vous.

2. Mettez un couteau à votre gorge, si toutefois vous êtes maître de votre âme.

3. Ne désirez pas les viandes de la table où se trouve le pain de mensonge.

4. Ne vous fatiguez point à vous enrichir; mais mettez des bornes à votre prudence.

5. Ne levez point les yeux vers les richesses que vous ne pouvez avoir, parce qu'elles prendront des ailes comme l'aigle, et s'envoleront au ciel.

6. Ne mangez point avec un homme envieux, et ne désirez point de ses viandes;

7. Parce qu'il juge de ce qu'il ignore, comme un homme qui devine, et qui suit ses conjectures. Buvez et mangez, vous dira-t-il; mais son cœur n'est point avec vous.

8. Vous rejetterez les viandes que vous avez mangées, vous perdrez vos sages discours;

9. Ne parlez point avec les insensés, parce qu'ils mépriseront la doctrine que vous leur aurez enseignée par vos paroles.

10. Ne touchez point aux bornes des petits, et n'entrez point dans le champ des orphelins.

11. Car celui qui est leur proche est puissant; et il se rendra lui-même contre vous le défenseur de leur cause.

12. Que votre cœur entre dans la doctrine, et que vos oreilles reçoivent la parole de science.

13. N'épargnez point la correction à l'enfant; car si vous le frappez avec la verge, il ne mourra point.

14. Tu virgâ percutes eum, et animam ejus de inferno liberabis.
15. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum.
16. Et exultabit renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.
17. Non æmuletur cor tuum peccatores; sed in timore Domini esto totâ die;
18. Quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua non auferetur.
19. Audi, fili mi, et esto sapiens, et dirige in viâ animam tuam.
20. Noli esse in conviviis potatorum, nec in commensationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt;
21. Quia vacantes potibus, et dantes symbola consumuntur, et vestigiet panis dormitatio.
22. Audi patrem tuum, qui genuit te, et ne contemnas cum seniorit matre tua.
23. Veritatem eme, et noli vendere; sapientiam et doctrinam, et intelligentiam.
24. Exsultat gaudio pater justus; qui sapientem genuit, lætabitur in eo.
25. Gaudeat pater tuus, et mater tua, et exultet quæ genuit te.
26. Præbe, fili mi, cor tuum mihi, et oculi tui vias meas custodiant.
27. Fovea enim profunda est meretrix; et puteus angustus, aliena.
28. Insidiatur in viâ quasi latro; et quos incautos videt, interfecit.
29. Cui vae? cuius patri vae? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causâ vulnera? cui suffusio oculorum?
30. Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?
31. Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenderit in vitro color ejus: ingreditur blandè,
32. Sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.
33. Oculi tui videbant extraneas, et cor tuum loquitur perversa.
34. Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo;
35. Et dices: Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, et ego non sensi: quando evigilabo, et rursus vina reperiam?

VERS. 1, 2, 3. — QUANDO SEDERIS UT COMEDAS PANEM CUM PRINCIPLE, DILIGENTER ATTENDE QUÆ POSITA SUNT ANTE FACIEM TUAM (1). ET STATUE CULTRUM IN

(1) Ne quis glorie et voluptatum alicarum cupidus (præmissa viri expediti ad reges promotione cap. 22, 29) nimis istam appetet, subjungit hanc cautelam (Gejerus). Monet vitandas principum familiaritates (Mercurus).

Soderis, etc. Prisci mortales non accumbebant, sed sedebant in mensâ, ut nos hodie; quod hinc patet et ex Genes. 37, 25, et 43, 35, 1 Sam. 20, 5, Nehem. 2, 6, Ezech. 44, 5. Quod et notat Athenæus 1, 14, (Bochartus).

14. Vous les frapperez avec la verge, et vous délivrerez son âme de l'enfer.
15. Mon fils, si votre cœur est sage, mon cœur se réjouira avec vous;
16. Et mes entrailles tressailleront de joie, lorsque vos lèvres auront prononcé des paroles de vérité.
17. Que votre cœur ne porte point d'envie aux pécheurs; mais demeure ferme dans la crainte du Seigneur pendant tout le jour;
18. Car vous aurez de la confiance en votre dernière heure; et ce que vous attendez, ne vous sera point ravi.
19. Écoutez, mon fils, et soyez sage; et faites que votre âme marche droit dans la voie.
20. Ne vous trouvez point dans les festins de ceux qui aiment à boire, ni dans les débauches de ceux qui apportent des viandes pour manger ensemble;
21. Car, passant le temps à boire et à se traiter ainsi, ils se ruineront; et la paresse toujours endormie, sera vêtue de haillons.
22. Écoutez votre père qui vous a donné la vie; et ne méprisez pas votre mère lorsqu'elle sera dans la vieillesse.
23. Achetez la vérité et ne la vendez point; faites de même à l'égard de la sagesse, de la doctrine et de l'intelligence.
24. Le père du juste tressaille d'allégresse; celui qui a donné la vie au sage, trouvera sa joie en lui.
25. Que votre père et votre mère soient dans cette allégresse, et que celle qui vous a mis au monde, tressaille de joie.
26. Mon fils, donnez-moi votre cœur, et que vos yeux s'attachent à mes voies.
27. Car la femme prostituée est une fosse profonde; et l'étrangère est un puits étroit.
28. Elle dresse des embûches sur le chemin comme un voleur; et elle tue ceux qu'elle voit n'être pas bien sur leurs gardes.
29. Pour qui le malheur? Pour le père de qui le malheur? Pour qui les querelles? Pour qui les précipices? Pour qui les blessures sans sujet? Pour qui la rougèur et l'obscurissement des yeux?
30. Sinon pour ceux qui passent le temps à boire du vin, et qui mettent leur plaisir à vider les coupes.
31. Ne regardez point le vin, lorsqu'il paraît clair, lorsque sa couleur brille dans le verre: il entre agréablement,
32. Mais il mord à la fin comme un serpent, et il répand son venin comme un basilic.
33. Vos yeux regarderont les femmes étrangères, et votre cœur dira des paroles déréglées;
34. Et vous serez comme un homme endormi au milieu de la mer, comme un pilote assoupi qui a perdu le gouvernail;
35. Et vous direz: Ils m'ont battu, mais je ne l'ai point senti; ils m'ont entraîné, mais je ne m'en suis point aperçu; quand me réveillerai-je, et quand trouverai-je encore du vin pour boire?

## COMMENTARIUM.

CULTRUM TUO, SI TAMEN HABES IN POTESTATE ANIMAM TUAM.

Quæ potest et neutrum esse et masculinum et accipit vel de rebus, vel de personis (Gejerus). Quod propositurus sis tibi, id est, quem cibum sumpturus (Junius).

Quæ (sub. sunt coram te,) hoc est, delicata ferocia et vina, ne te seducant, et in crapulam impellant (Trinius). Ne, feraculorum varietate motus, te nimis ingurgies, vel cupidias consecuteris; vel, nimis audacter et familiariter, quasi domi te esses, tenerè quolibet manum admoveas; ad ea saltem quæ regi sunt in deliciis (Mercurus). Ne vescaris immodicè, inverecundè, etc. (Gejerus).

Aliiter: Quemcumque habes ante te: nempe virum tu-

Sic Hieronymus, confundens duos versiculos in unum. Hebr.: Cum sederis ad comedendum cum principe, intelligendo intellige quod coram te est. Et pone cultrum in gutture tuo, si dominus animus sis; vel, si est tibi animus. NE DESIDERES DE CIBIS EJUS, IN QUO EST PANIS MENDACII. Hebr.: Ne desiderio traharis ad delicias ejus, et est (vel cum sit, supple, inter eas) panis mendacii. Quoniam felices videntur habentibusque qui stant coram regibus, tamen acclius ad tantum honorem magnâ prudentiâ uti debes, et moderatè vivere, ne per luxum et crapulam laudem amittas quam summâ industriâ et vigilantia nactus es. Cum fueris igitur ad mensam regiam admissus, iterum atque iterum attende et considera quod positum est ante te; q. d.: Nihil inconsideratè attingas; vel, inter comedendum noli prorepere, neque in hoc opere esse velocem, sed modis omnibus retrahè et cohibe appetitum tuum, ne quid de intelligentiâ tuâ tibi pereat. Sic enim interpretor illa verba: Diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam, sive, ut est in Hebræo, intelligendo intellige quod positum sit ante te; ut naturâ esculentorum et vini meri intellectâ, nihil sumas quod tuam impediât intelligentiam. Et pone cultrum. Exponit Aben-Ezra, vel pone, copulativam videlicet pro disjunctivâ particulâ, q. d.: Si non poteris intelligere et cognoscere naturam eorum quæ ponuntur ante te, pone cultrum in gutture tuo; hoc est: Potius pone cultrum in gutture quam incidas in crapulam. Aliiter: Si fueris dominus animæ et compos appetitûs, potius pone cultrum in gutture quam quid delinquas. Aliiter: Si dominus es animæ, hoc est, obnoxius appetitui tuo, ut nequeas temet moderari, pone cultrum in gutture; hoc est, cogita tantum eminare periculum ac si cultrum immitteres in gulam tuam. Denique nisi diligenter atenderis quid positum sit ante te, tu pones cultrum in gutture, in vino videlicet efficiens aliquid unde capitalem subeas sententiam, præsertim cum sis vir, vel dominus, animæ, hoc est, desideris et carnalis, non vir intellectus et prudentia. Et proinde præstaret, si vis ubique sapere, præstaret, inquam, ad regiam mensam non accedere, ubi coguntur homines multa blandiri et mentiri. Et hoc est quod sequitur: Ne desideres de cibis ejus. In Hebræo נִשְׁכַּחְתָּ מִלֶּחֶם אֲדֹנָיךְ à gustando dicitur, et pro cibis delicatis quæ gustum bonum præbent accipiunt, quibus facilius capiuntur homines. Et hinc dicitur cibus, sive panis, fallax, quod homines fallant, trahentes incautos ad crapulam. Quod nos habemus in

lem quem revereri debes, et cavere ne offendas (Piscator); et regem et adstantes, vel convivescentes (Mercurus): observans eorum gestus, colloquia, actiones, ingenia, etc., sobriè vescens, et prudenter te gerens. Vescendi temporis meminit, utpote periculosi, tum, 1° ratione personæ propriæ; quippe tunc mens liberius explicatur, affectus prorumpunt, etc. (Gejerus). Solent homines ad mensam omnes cursu polliceri, ut liberius se oblectent (Cartwrightus). Tum, 2° ratione magnatum, qui tum faciliè succensent, etc. (Gejerus). A conviviis ratione ad omnem conversationem hoc accommodandum est; q. d.: Cum principibus agens judicium et prudentiam adhibeto, animum tuum temperans, etc. (Junius).

quo est panis mendacii, Hebræi legunt: ipse est panis mendacii, quod sic exponit Aben-Ezra: Ne concupiscas de cibis illius, neque de pane illius, cum ipse sit vir mendax, hoc est, gaudens mendaciis, quasi alioqui non sis futurus gratus illi nisi mentiri velis. Et ista quidem secundum sensum historicum, qui prudentiam quantum secularem docet, utcumque necessariam his qui cum regibus et principibus vitam agunt. Alioqui juxta sensum mysticum, sedet cum regē comesturas panem qui ad mensam Dominicam variis Scripturarum epulis et Sacramentorum dapibus instructam accedit, præsertim pane corporis Domini et poculo sanguinis Jesu Christi; ad quod convivium quocumque accedit, iterum atque iterum pendere debet quid appositum fuerit, ne reus fiat corporis et sanguinis Domini, 1 Cor. 11, et cultrum statuat in gutture, non dividens corpus Domini, hoc est, præsentem necem sibi conciliet, dum sensum et carnalem rationem sequens cum Capharnaitis, Joan. 6, dicit: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Porro sicut qui videntur opparum et delicatum parare convivium ex Scripturarum epulis, multa loquentes, sed mendacii et erroris doctrinam apponunt; non ergo concupiscas quicquam ex deliciis eorum, quamlibet opparè verborum lenocinis conditis, cum inter eas sit panis mendacii, hoc est, doctrina quam non agnoscit Ecclesia quæ est domus Dei vivi, columna et firmamentum veritatis, extra quam nemo regii convivii particeps esse potest.

VERS. 4. — NOLI LABORARE UT DITERIS, SED PRUDENTIE TUÆ PONE MODUM. Hebr.: Ne labores ut diteris; à prudentiâ tuâ desine. Aben-Ezra legit utramque clausulam cum negatione, ad hunc modum: Et ne à prudentiâ tuâ cesses. Ad præcedentia spectat, nempe ad illum locum: Vidisti aliquem velocem in opere? statim ante reges. Sed quemadmodum nihil est mentidandum aut blandiendum regibus ob delicias et opæparas dapes, ita neque laborandum ob opes et divitias augendas, sed ob sapientiam potius. Nam labor qui impenditur in opibus congregandis, à studio intelligentiæ facit cessare. Et erit sensus versiculi: Noli sic laborare ob divitias ut ab intelligentiâ cesses, hoc est, à quærendâ doctrinâ et sapientiâ, quæ præstat opibus. Aliiter: Ne labores divitem esse; imò ob hanc prudentiâ et industriâ quæ carnalis dutescere, cessare debes; nam in illo labore non eris gratus regi; sed qui velox est in opere studioso et in acquirendâ sapientiâ, statim ante regem. Simplex sensus versiculi est, divitarum copiam non esse necessariam sapienti, imò impedire et occidere aditum ad sapientiam.

VERS. 5. — NE ERIGAS OCVLOS TUOS AD OPES, QUAS NON POTES HABERE, QUIA FACIENT SIBI PENNAS QUASI AQUILE, ET VOLABUNT IN CÆLUM. Hebr.: Num volare facies oculos tuos in illas, et non erunt? nam faciendū facient sibi alas ut aquila, et volabunt in cælum. Quamvis in Hebræo non satis constat quâ de re loquatur, tamen quoniam superiore versiculo de divitiis locutus sit Sapiens, hinc quoque de divitiis intelligunt omnes interpretes; de quibus loquitur Sapiens metaphoricè

tanquam de rebus animatis, vel more poetarum, qui fabulantur deum quemdam Plutum. Simul reprehendit avaritiam eorum qui, cum nullam artem exerceant honestam per quam ditescere queant, tamen insatiabili habendi desiderio flagrant, nihil aliud respicientes, omnem cogitationem dirigentes eò ut divitias habeant; qui Sapientiam nihil aliud videntur facere quam si quis velit aversos visu capere, cum ille longius volando elabatur quam quis possit oculis assequi; q. d.: Arte opus est et industriam, ut in capiendis avibus, ita etiam in acquirendis opibus, non desiderio solum, quod per *illustrationem oculorum* intelligimus: ut sit sensus Sapientem in superiore versiculo prohibuisse nimium laborem et sudorem, in hoc verò mentis sollicitudinem prohibere in congerendis opibus, vel etiam servandis, cum ad quosdam temere accedere, ab aliis verò vel de industria et sua sponte recedere videatur divitiarum. Quod nos habemus: *Ne erigas oculos tuos*, ex Septuaginta est, qui sic habent: *Εὐχὴ ἐπιτελεῖς ἐπὶ ἐπιθυμίᾳ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ*. Nam verbum Hebræum דרשׁוּ duo significat, nempe, *illustrare et volare*; quod cum bis ponatur in hoc versiculo, priore loco *splendescere, se conatù volare* interpretatur Hebræi. Tamen sensus eodem redit, sive legas cum Hieronymo, *erigas oculum*, sive cum Hebræis, *illustraveris oculum ut clarè prospicias*, sive denique, quod mihi magis placet, vertatur: *Facias volare oculum tuum*, quasi inexplēbili desiderio insequendo divitiarum, id quod à sapiente valde est alienum. Porro quod sequitur, *volabunt in cælum*, si ad opes referatur, insinuat à Deo dari et à Deo auferri, Deum esse autorem omnium, et pro sua sapientia dispensare singula; q. d.: Neque tuis laboribus neque mentis sollicitudine putes te posse divitias possidere, sed Dei beneplacito. Mihi magis placet ut de similitudine *aquilæ* intelligantur illa verba, *volabit in cælum*; et erit sensus: *Et faciendo facient sibi alas ut aquila*, supple, *quæ volat in cælum*, hoc est, in sublimē admodum. In Hebræo cum sermo sit ambiguus, potest utroque referri, vel ad *aquilam*, ut dixi, vel ad *divitias*.

VERS. 6, 7, 8. — *NE COMEDAS CUM HOMINE INVITO, ET NE DESIDERES CIBOS EJUS.* (Hebr.: *Non comedas panem mali oculi (vel illius cuius oculus est mutus), neque te nearis desiderio ciborum illius. QUONIAM IN SIMILITUDINEM ARIOLI ET CONJECTORIS ÆSTIMAT QUOD IGNORAT. COMEDERE ET BIBERE, DICIT; ET MENS EJUS NON EST TECUM.* Hebr.: *Nam quemadmodum æstimat in animo, sic ipse (scilicet loquitur): Comede et bibe, dicit tibi, etc. CIBOS QUOS COMEDERIS EVOMES, ET PERDES PULCHROS SERMONES TUOS.* Hebr.: *Buccellam comedisti, evome eam, etc. Ne comedas cum homine invito.* Septuaginta, qui sic vertant: *Μὴ ἐπιθυμῆσαι ἐπιθυμίας ἀρεσκῶν*, secutus est Hieronymus. Sunt ex Hebræis in hac opinione ut patenti aliquot esse homines more quorundam oculis et aspectus damnatum asserat, more crocodili; quod malum *fascinus* vel *fascinatio* vocatur.

*Nescio quis teneros oculos mihi fascinus agnos.* Dicitur, inquit Hieronymus, *proprie infantibus nocere et avari parvulis. Hoc utrum verum sit necne, Deus viderit: qui potest fieri ut demones huic peccato servant.*

Hec ille in Epist. ad Gal., cap. 3. Uicumque sunt hand dubiè aliquot usque adeò sordidi et imberbes, ut ne buccellam quidem panis animo liberali impertiant; et quamvis ore tenus quandoque prae se ferant hospitalitatem quamdam et humanitatem, dum ad convivium nos invitant, tamen cum id ex animo non faciunt, rectis oculis non possunt intueri eos nec bene velle illis qui ex pane illorum comedunt. Et proinde jubet Sapientis filio suo ut *neque quicquam comedat, neque desideret ex cibis illorum*; imò hyperbolico sermone jubet eum *evomere, si quid comederit*, hoc est, ponere quòd cum hujusmodi domesticam contraxerit amicitiam; et cogitare se *perdidisse pulchros sermones* quibus est usus in eo convivio, dum vel gratias ageret hospiti, vel laudaret dapes, aut denique si quid pro more in mensa locutus fuerit. Ferè supra hunc sensum, qui humilis est admodum, non ascendunt Hebræi. Nos non dubitamus Sapientem altiore sensum, etiam juxta historiam, innuere voluisse; et sub metaphora *comendendi panem* doctrinam intelligimus et cibum animarum, quam non debemus ab homine invito, sive *mali oculi*, accipere. *Malum habet oculum* qui felicitatem et sanitatem alienam non libenter intuetur, qui ex suo animo æstimat et mensurat omnia, non juxta mensuram quam mensus est nobis Christus, hoc est, non juxta evangelicam normam, quæ fratrum salutem non minus charam quam nostram nos habere jubet. *Ilupus panem et doctrinam tantum abest ut concupiscas*, ut statim sit *evomendum* si fortè quicquam ab eo didiceris, et oblivioni tradendum, imò delendum per penitentiam. Si doctrina hereticorum delectatus, quam ipsi libenter impertiunt, non quòd suis auditoribus bene volunt, sed quòd humanam laudem querunt, ipsis consenseris, *pulchra verba confessionis fidei catholice perdes*. Ad hunc modum Beda. Aliter per metaphoram *comendendi* non absurdè intelligitur domesticæ et familiaris consuetudo cum *maligno oculo*, hoc est, cum homine qui de religione christiana male sentit; qui tametsi benevolentiam prae se ferat erga nos, ex animo tamen suo æstimat omnes. Et proinde si quid contulerit in te beneficii, cum te ex animo non amet, hominem videlicet diverse sectæ, restitutum est quod acceperis, ut liberius possis amicitiam dissolvere. Vult igitur Sapientis nos ventris causâ aut lacri nullius hominis maligni et infidelis aut heretici sectari amicitias, ut neque regum infire gratiam opam causâ, ut superius dictum est.

VERS. 9. — *IN AURIUS INSPIENTIUM NE LOQUARIS, QUIA DESPICIET DOCTRINAM ELOQUII TUI.* Hebr.: *In auribus stulti ne loquaris, quia despiciat intellectum verborum tuorum.* Aben Ezra vult hunc versiculum referri ad id quod dictum est superius: *Et perdes verba tua pulchra*, quibus usus es dum esses particeps mensæ hominis invitati, à cuius cibo ut abstinere debes, ita etiam à colloquio. Nam *stultus et alienus à sapientia contemnet verba*, non de rebus humanis et vanitatibus, sed verba intellectus, quæ audientibus præbent intellectum et prudentiam. Juxta hebraismum in *auribus loqui* est salubrem admonitionem insillare. Sed in-

corrigibilis est *homo mali oculi*, quem hoc in loco *stultum* vocat; et Christus Jesus sensum hunc expressit, sed proverbio magis jucundo, inquit: *Nolite sanctorum dare canibus, neque margaritas porcis.* Salomon inani, stultos carere intellectu, qui contemunt verba pulchra. Insignis stultitia aut potius impietas est contemtere que non intelligas.

VERS. 10, 11. — *NE ATTINGAS PARVULORUM TERMINOS, ET AGRUM PARVULORUM NE INTROEAS.* (Hebr.: *Ne transferas terminum antiquum, et in agros pupillarum ne introeas.*) PROPIQUUS ENIM ILLORUM FORTIS EST, ET ISE JUDICABIT CONTRA TE CAUSAM ILLORUM. Hebr.: *Quis redemptor illorum fortis est, ipse litigabit item illorum tecum.* Quod in calce capitis superioris sumptum est repetit, exponens quos intelligat *terminos seculi*, nempe limites in agris ab antiquis collocatos, cum dicat: *Et in agros pupillarum ne introeas, ad metendum scilicet, aut ad colligendum fructum.* Aliter: *Ne transferas terminos, quòd tuos dilates agros cum injuriâ alienâ, præsertim orphanorum.* Nam quanto facilius injuriâ sit orphanis et viduis, tanto gravior est offensa. Ab agris fortiorum virorum abstinere non tante laudis est aut sapientie, quantæ abstinere ab injuriâ inferendâ his qui patre et defensore carent in terris. Carent juxta opinionem stultorum, sed quid Sapientia dicat audiamus: *Redemptor eorum fortis est*; q. d.: Longè deciperis si putes te impunè pupillarum agros ingredi posse, fundos occupare per vim. Reddes aliquando rationem et cum potentissimo adversario cogaris aliquid colligare. Qui redemit filios Israel à servitute Ægypticâ per manum validam et brachium extentum, collocavit in terrâ Chanaan, et per singulas tribus et familias terram dividi jussit, ut quisque suis finibus et agris esset contentus; qui hæc, inquam, omnia fecit invitis regibus, reclamantibus populis et nationibus, infirmorum non tenebatur hereditatem? Ex his quæ fecit illius fortitudinem poteris æstimare. Atque hæc quod ad historicum sensum spectat. Quod verò ad mysticum, præter ea quæ diximus superius, adjicimus, reges et principes, qui vel ecclesiasticam auctoritatem sibi vendicant, vel ecclesiasticâ bona contra jus et fas sine applicant, aliquando reddituros rationem potentissimo judici sive litigatori et patrono pauperum, tanquam *limitum et terminorum transgressores*, tanquam per vim et injuriam *pupillarum invadentes agros*. Jam enim ab Apostolis in hujusmodi rebus sunt fines positi inter secularem et ecclesiasticam functionem manifestè distinguentes; quos unquam nemo tentaret transferre neque movere! Tentant autem passim per orbem Christianum principes et magistratus, qui fortissimum orphanorum redemptorem Christum Jesum litigantem cum ipsis aliquando sentent.

VERS. 12, 13, 14. — *INGREDIATUR AD DOCTRINAM COR TUUM, ET AGRUM TUUM AD ELOQUIUM SCIENTIÆ.* (Hebr.: *Introduc ad disciplinam cor tuum, et agrum tuum ad eloquia scientiæ.*) *NOLI SUBTRAHERE A PUERO DISCIPLINAM: SI ENIM PERCUSSERIS EUM VIRGA, NON MORIETUR.* (Hebr.: *Ne prohibeas.*) *TE VIRGA PERCUSSES EUM, ET ANIMAM EJUS DE INFERSO LIBERABIS.* ARGUMENTIS NON MULTUM IN-

tersit, quod ad sensum spectat, inter versionem nostram, nempe: *Ingrediatu cor tuum ad doctrinam*, et Hebræam veritatem: *Fac ingredi ad conditionem* (sive disciplinam) *cor tuum*, tamen hæc plenior est, et efficacius significans multos non habere dominium neque regimen cordis, neque potentiarum animæ, ut qui ab affectibus et perturbationibus rapi videntur. Et quoniam ad vana desideria trahuntur juvenes, ad voluptates et vanitates hujus vite, vel imprimis necessarium est ut hæc se vincant, ut ex animo velint sapientiam acquirere. Sic interpretor: *Introdue ad disciplinam cor tuum*: fac ut ex animo velis discere, hoc est, vince reliquas cogitationes quæ cor tuum à doctrinâ alienum reddunt. Aben Ezra: *Fac tuum cor venire ad domum* (sive locum) *ubi sapientiam discas*; id quod consuetudine fiet, quæ molestissima facilia facit. *Et avers tuus ad eloquia scientiæ, adducto supple.* Videtur alludere ad consuetudinem quâ vulgò solent pueri ad præceptores per pedagogos adduci ut litteras discant. Quod alii facere coguntur vult suum filium spontè facere, avertere aures ab indoctis negis et cantilenis, et in salubri doctrinâ audiendâ sese oblectare. Sed cum *stultitia sit ligata ferè in corde pueri*, ut rarissimus sit qui in eâ ætate sapiat, ad præceptorem sive parentes sermonem dirigat. *Noli subtrahere à puero disciplinam.* Hebr.: *Ne prohibeas*, hoc est ne diligas filium ut castigare nolis. *Cum virga percusseris eum, non morietur*; q. d.: Multi ad mortem ante diem perveniunt, quòd pueri à parentibus non vapulari solent, sed in omni licentiâ educti, neque cor ad doctrinam, neque aures ad verba scientiæ volentes applicare, flagitiâ digna morte nunquam committant, ad quam mortem *virgâ percussi* minime devenissent. *Tu percutes eum virgâ*, unde damnum capere non potest, et eris in causâ ne securi percutiaris; atque eâ ratione *cripes animam ejus ab inferno*; sive à sepulchro (ut interpretantur Hebræi) *liberabis*, hoc est, vitam illius servabis, juxta priorem interpretationem, dum bene institutus et doctus in juventute nihil committit morte dignum.

VERS. 15, 16. — *FILI MI, SI SAPIENS FUERIT ANIMUS TUUS, GAUDEBIT COR MEUM TECUM.* (Hebr.: *Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, gaudebit cor meum, etiam ego.*) *ET EXULTABUNT RENES MEI, CUM LOQUITA FUERINT RECTUM LABIA TUA.* Sunt ex Hebræis qui subtilius explicent hæc verba: *Gaudebit cor meum, etiam ego*; et *exultabunt renes mei*, ut in corde vulgaris lætitiâ intelligatur (est enim cor membrum quoddam, inquam); sed per hæc verba etiam ego intelligatur mens et ratio, quæ propriè homo est; per *renes vero*, lætitiâ incredibilis: nam non sunt instrumentum gaudii renes, sed concupiscentiæ. Hæc illi. Necessaria et utilis admodum est pueris et adolescentibus tempestiva correctio, quam amans pater à filio suo non prohibet, sive subtrahit, idque magno erga filium amore, celestem Patrem imitatus. *Qui enim diligit, castigat.* Hebr. 12. Sed adolescentes longè aliter sentiant, parum videlicet amare patres qui flagellant filios; quod etiam testatur Paulus ibi: *Omnis disciplina in præsentem quidem*

videtur non esse gaudii, sed mororis. Et hinc est quod Salomon, post sermonem de correptione filii sui, statim ostendit quanto eum prosequatur amore, ut puta in quo magnum solatium habeat, neque ullā in re magis sese oblectat quā in sapientiā filii sui; hoc est quod modis omnibus conatur, nempe reddere filium sapientem, sapientem, inquam, in corde. Nos fidem in unum Deum, et quem misit Jesum Christum, Joan. 17, quā corda purificantur intelligimus, et super quam gaudet Apostolus; et Salomon hoc in loco de sapientiā cordis filii sui, et de confessione oris, hoc est, cum locuti fuerint labia tua recta, exultabunt renes mei. Aliter labia recta loqui, est bene dicere. Manifestius enim est labiis loqui quā corde sapere, hoc est, apud se doctum esse. Datur doctrina parentibus hoc in loco, ut recte instituant liberos in verā sapientiā, hoc est, cultu Dei et iude, in eloquentiā, ut recte loqui discant, et quam in corde sapientiam reconditam habent, eam recte profiteri et defendere valeant.

VERS. 17, 18. — NE AMULETUR COR TUUM PECCATORES, SED IN TIMORE DOMINI ESTO TOTA DIE. QUIA HABEBIS SPEM IN NOVISSIMO, ET PRÆSTOLATIO TUA NON AUFERRETUR; vel spes tua non succidatur. *אִם יִשְׁמְרוּ לְעֹמְדָתָא וְלִישְׁמְרוּ לְעֹמְדָתָא* et insidere significat, ita et imitari cum studio; juxta quam significationem erit sensus prioris versiculi: Noli imitari peccatores, vel, ne desideres sequi rationem vivendi peccatorum, vel, ne desideres sequi rationem vivendi peccatorum; vel denique: Ne insidat cor tuum felicitatem peccatoribus: sed imitare hominem timoris Domini, et talem esse desideres, non qualis est peccator; q. d. Sapiens ad filium: Opto te esse sapientem in corde, eloquentem in labiis, sed cum timore Domini; et protinde propone tales imitandos in quibus est timor Domini, non eos qui male vivunt, quantumvis alioqui videantur sapientes aut eloquentes. Et juxta hanc expositionem pendet ex precedentibus; sed melius refertur ad sequentia: Quia habebis spem. Qui sunt periti lingue observent *אִם יִשְׁמְרוּ* hoc in loco non pro sed vulgari modo capi, sed affirmativè accipi pro *וְדָרְשֶׁרָא*, vel interrogativè pro *אִם יִשְׁמְרוּ*: Nonne est tibi merces, vel spes? q. d.: Tibi et omnibus qui vivunt in timore Domini est spes mercedis eterne. Alii exponunt *וְדָרְשֶׁרָא* non spem, ut Hieronymus, sed posteritatem, vel denique pro longitudine dierum. Prior expositio est melior. Et expectatio tua non excidetur. Sed spes peccatorum peribit. *אִם יִשְׁמְרוּ* igitur oportet eos qui timeant Dominum, non aliquando, sed totā die, non in hac vita, sed in futurā mercedem præstolari. Nam prosperitas peccatorum infirmis magno semper fuit scandalo, dicente Davide, Psal. 7, 5: Mei autem penæ non sunt pedes. .... pacem peccatorum videns.

VERS. 19. — AUDI, FILI MI, ET ISTO SAPIENS, ET DIRIGE IN VIA ANIMUM TUUM. Hebr.: Cor tuum. Et quod nos habemus, sapiens esto, verti potest, sapiens eris. Porro dirige, quod in Hebræo est *וְדָרְשֶׁרָא*, verti potest fac ire, vel deducito, cor tuum. Quod ad sensum spectat, ordinem verborum observamus. Primus gradus ad sapientiam est audire et obtemperare rectè monentibus, quā ratione comparatur intelligentia. Nam sapere non possunt juvenes nisi audiant, et oost doctrinam

sequitur opus. *Dirigere per viam cor, est juxta præscriptum divinæ legis vivere, non sequi cor nostrum et sensum nostrum, sed redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, 2 Cor. 10.* Quasi præfationem hanc versiculum præmisit, dicturus de convivii et comotationibus, à quibus non sine magnā difficultate abstinere juvenes.

VERS. 20, 21. — NOLI ESSE IN CONVIVIIS POTATORUM, NEC IN COMESSATIONIBUS EORUM QUI CARNES AD VESCENTIUM CONFERT. (Hebr.: Ne sis inter compotatores vini, inter comessatores carnis sibi.) QUIA VACANTES POTIBUS ET DANTES SYMBOLA CONSENTUR; ET VESTIETUR PANIS DORMITATIO. Pro voce Hebræa quam superiori versiculo comessatores rectè verterat interpres, hic symbolum substituit. Hebr.: Nam potator et comessor ad pauperem redigetur; et laceras vestes (vel derivos pannos) induat dormitatio. Juventus ipsa ad luxum et otium prona est, præsertim ubi coequalium turba convenerit, qui sese mutuò ad ebrietatem et comessiones invitant. Quæ res obstant vel maxime sapientiæ descendæ. Nam ad inopiam deveniunt comessatores, consumptis rebus nihil lucrantur, sed somno indulgentes vestitu quoque carent honesto. Isti quā longinquis sunt alieni à verā sapientiā, qui ne presentem quidem vitam cum honestate tueri possunt, sed crapulā et ebrietate et somno contemptibiles seipso reddunt et pannosos; unde magnum dedecus redit ad parentes qui non rectè instituerunt filium suum, vel potius ad juvenem qui rectè monentibus nobis auscultare; unde sequitur.

VERS. 22. — AUDI PATREM TUUM QUI GENUIT TE; ET NE CONTEMNAS CUM SENCERT MATER TUA. Non eris inter ebrios et comessatores si patrem audire volueris qui te genuit; q. d.: Nemo te charius amat quā pater. Bibaces et edaces, amici mense duntaxat, suum querunt commodum, non tuum honorem. Nullus est pater usque adeò alienus ab affectu naturali et amore paterno, qui non commonefaciat aliquando filium quod ex re suā esse possit; matres quoque de liberis sunt admodum sollicitæ, quæ tametsi retulæ et provectionis ætatis non videantur tantam sapere neque valere consilio, tamen à filio sapiente honoranda, non contemnenda est mater. Pater verò est auscultandus potius quā compotator. Deum Patrem audiendum, et legem matrem non esse contemnendam, per allegoriam etiā Hebræi intelligunt. Nos præterea spirituum in Christo Jesu generationem agnoscentis per concionatores verbi Dei, ut scribitur: In Christo Jesu ego vos genui. Et matrem habemus Christi sponsam Ecclesiam catholicam, quam mundat sanguine, quæ contemnenda non est, etiā si pulchritudine virtutum non tam ornata fuerit ut olim, martyrum necesse et monachorum continentia, ac virginum integritate, pulchra ut sol, electa ut luna, ac sine maculā esse videatur.

VERS. 23. — VERITATEM EME, ET NOLI VENDERE SAPIENTIAM, ET DOCTRINAM, ET INTELLIGENTIAM. Metaphoricè significat nihil charius habendum quā veritatem, quam omnibus venditis, si opus est, comparare debemus, juxta parabolam evangelicam, Math. 13:

Simile est regnum colorum homini negotiatori querenti bonas margaritas, qui invenit unā pretiosā, videlicet veritate catholica, dedit omnia sua, et comparavit eam. Omnes scientias, omnes artes et opes contempnit præ illā; nam quæ vendimus, vilis æstimamus; quæ verò enimus, pluris facimus. Idcirco nihil horum, neque sapientiam, neque doctrinam, neque intelligentiam, debemus vendere, hoc est, vili æstimare. Sunt ex Hebræis qui simpliciter intelligunt, conducendum, si opus est, præceptorem, quò veritatem discas; hoc est, nullis parcendum sumptibus ut sapiens evadas; verum docere gratis debes, neque pecuniis aut rebus caducis æstimanda sunt sapientia et veritas. *Gratis accepistis, gratis date*, Math. 10. Aliter, si verbum *וְדָרְשֶׁרָא*, quod hoc in loco habetur, significat possidere, ad hunc modum verti debet: Posside veritatem; et erit sensus: In veritate posside quæcumque possides, et sine injuriā alterius; et ne vendas sapientiam, hoc est: Noli perdere vel amittere sapientiam. Dum possessionem acquiris alicujus rei absque veritate, videris vendere et alienare à te sapientiam; quod ne fiat, ullam possessionem pluris æstimamus, superius monuit: In omni possessione tuā posside sapientiam, cap. 3.

VERS. 24, 25. — EXULTAT GAUDIO PATER JUSTI, ET QUI SAPIENTEM CENGIT, LETABITUR IN EO. (In Hebr.: Exultando exultabitur in eo.) GAUDEAT PATER TUUS ET MATER TUA, ET EXULTET QUÆ GENUIT TE; vel, exultabit genitrix tua. Juvenes ad probitatem et virtutis amorem inducere et à vitii deterrere modis omnibus constar Sapiens. Nunc minas addens, virgæ facit mentionem; nunc exultationis et lætitiæ, quam unā cum parentibus expiunt morigeri et studiosi filii. Observandum est non multum esse discriminis apud Salomonem inter justum et sapientem, sed unum pro altero poni. Porro repetitio exultationis et gaudii plenitudinem et magnam copiam lætitiæ significat: Exultando exultabit pater justus. Duplex est exultatio, quòd filium habeat et heredem per quem nomen inter homines relinquet, per quem immortalis quodammodo vivet in mundo, et vivet cum laude, qui tantā curā educavit filium ut justus esset et sapiens. Cum hanc de se existimationem sit relicurus, meritò exultando exultabit pater sapiens filii. — Letabitur pater tuus et mater. Si paternus non te moveat affectus, si usque adeò ingratus es et inhumans, ut neque natura neque pietatis legibus coherere possis, hoc est, patris causā cogi ad virtutis studium, ad justitiæ culturam et ad sapientiæ amorem, saltem maternus te moveat affectus. Ut stultus filius tristitia est matris, sic si justus ac sapiens fueris, letabitur mater tua. *Æquum est ut vices illi rependas; tuā causā gravissimā quæque perperca est, dolores sustinuit immensus, juxta poenam primæ mulieri infligam, Gen. 3: Multiplicabo arumnas tuas et conceptus tuos; in dolore paries filios.* Qui doloris igitur causā exstiteris, vicissim lætitiæ materiam præbebis operam ut mater de tuā gaudeat probitate. *Et exultabit genitrix tua.* Vel est geminata sententia, vel nutriceam cum aliquot expositioribus intelligimus, cujus memoria est viris probis jucunda et honorabilis. Atque

ita totius familie lætitiām expleas solus; quod ut præstes, ab his vitis maxime cavendum est, quibus est maxime obnoxia juvenus.

VERS. 26, 27, 28. — PRÆBE, FILI MI, COR TUUM MIHI, ET OCULI TUI VIAS MEAS CUSTODIANT. QUIA FOVEA PROFUNDA MERETRIX, ET PUTEUS ANGUSTUS ALIENA. INSI-DIATUR IN VIA QUASI LATRO, ET QUOS INCAUTOS INVENERIT, INTERFICIT. Hebr.: Etiam ipsa quasi præda insidiabitur, et transgressores inter homines addet, vel, angest. Superius contra luxum et crapulam juvenutis, hoc loco contra libidinem et impudicitiam dicitur Salomon, et crebris et efficacissimis admonitionibus ultitur, quòd hæc vitia aliis eorum animis inhærent; et proinde cor sibi peti dari, et oculos qui sunt velut fenestrate per quas ingrodiuntur vana et nocua desideria ad animum. *Dare sapienti cor est ex animo et libenter velle audire illius præcepta, quas vias suas vocal.* Petit ut oculi custodiant vias sapientiæ, ne videant mulierem ad concupiscendam eam, Math. 5. Et hoc est quod sequitur: *Fovea profunda meretrix. Foveæ profunda comparatur, vel quòd nullus neque modus neque finis sit in amore meretricio, crescente videlicet cum stupro et fornicatione peccandi desiderio et libidine; vel quòd ut ab altā foveâ facilis non sit ascensus, sed collapsus semel de via periclitatur, ita qui semel in amplexu meretricis incidit sese facile extricare non poterit, sed illius voluntati cogitur inservire, et sequitur tanquam bos ductus ad viciniam, ut superius lectum est. Et puteus angustus alienus, ut hinc nequeas evadere, ut ascendere facilis non poteris; ita tot angustis implicatur qui impudico mulierem amore semel sunt comprehensi, ut amplius sui juris esse non videantur. Etiam ipsa insidiabitur veluti præda.* Si legamus cum Hieronymo quasi latro, erit sensus, meretricem non minus neci et pernicii juvenum insidiari quā suis prædis latrones; unde nullos ad prævaricationem legis cogit et addit. Aliter: Insidiari solet meretrix capiendis juvenibus ut latro insidiatur præde suæ, hoc est, nemini parcens. Sed ut ille maxime insectatur quos auro onustos novit, ita hæc virtutibus ornatissimos homines. Porro ut latro suos habet comites, ita scortum quosque prævaricatores sibi solet adungere. Sed de sensu historico superius variis in locis dictum est. Quod ad sublimiorem sensum spectat: *Valde profunda fovea est perversa doctrina, et hereticorum dogmata, qui tanquam meretricem aliam Ecclesiam sibi statunt, relicta verâ Christi sponsā; profunda, inquam, fovea, in quā tam facile submerguntur homines, à quā magnā difficultate emergunt. Fovea profunda est hereticorum doctrina, ut quæ fundum non habet nec stabile fundamentum; ut scribit Hieronymus: Tandem quæruni hereticæ nova veteribus jungere, et eadem recentioribus mutare, donec et sensus humanus et sermo deficiant.* Hæc ille super cap. 5 Isaia. Porro hereticorum insidie, quibus conantur in suam sectam trahere rudēs et imperitos, sunt hoc nostro seculo, heu! nimium notī, tot prævaricatoribus inter homines constitutis, pervagante videlicet ubique Lutheranorum secta. Sed ponas dabunt et qui mere-

tricum amore et qui hereticorum fraude capiuntur; juxta ea quae sequuntur:

VERS. 29-32. — CUI VITAE? CUI PATRI VITAE? CUIUS MIXE? CUI FOVEA? CUI SINE CAUSA VULNERA? CUI SUFFUSSIO OCULORUM? (Hebr.: Cui vitæ? cui dolor? cui lites, sive rixæ? cui locutio? cui vulnera sine causâ? cui rubedo oculorum?) NONNE HIS QUI COMMORANTUR IN VINO, ET STUDENT CALICIBUS EPOTANDIS? (Hebr.: Morantibus in vino, cantibus ad quærendum mixtum.) NE INTUEARIS VINUM QUANDO FLAVESCIT, CUM SPLENDEBIT IN VITRO COLOR EIUS, INGREDITUR BLANDE. (Hebr.: Ne intuearis vinum quando rubescit, cum dederit in calice colorem suum. Ibi per rectitudines.) SED IN NOVISSIMO MORDEBIT UT COLLEBER, ET SICUT RECLUSUS VENEA DIFFUNDET. Hebr.: In novissimo suo sicut serpens mordebit, et sicut reclusus dolore afficiet, vel punget. Modis omnibus filium conatur retrahere ab his vitis quibus juvenis maxime est obnoxia, et ad sanam mentem et sapientiam perducere; quod potissimum decet juvenes facere, timore et amore parentum, ut pater et mater gaudeant de probitate filii. Quod si virtutis amore parere noluerint, saltem timore penæ et criminum turpitudine discant à crassis vitis carnis, nempe luxu, libidine et crapula, cavere. Ferunt enim hæc vitia sua secum mala atque cruciatu. De libidine et amore meretricio, et quantas secum trahat angustias et vincula, à quibus non possis teipsum extricare cum semel fueris irretitus, dictum est. Nunc de reliquis audiamus. Cui vitæ? et cuius patri vitæ? Sic solus Hieronymus, in duas voces resolvens unam dictionem Hebraicam duntaxat, juxta lectionem hodiernam omnium. Et omnino si profanerunt hæc voces וַיִּשְׂרַב וַיִּשְׂרַב, et non cernatur oculis, per solum auditum discerni non possis, quamvis in significatione discrimen sit latissimum. Nam prima quam in contextu habemus Hebraicam significat vitæ, sive paupertatem vel mendicitatem. In secunda verò, ut Hieronymus hoc in loco intellexit, sunt duæ dictiones, nempe וַיִּשְׂרַב pater, et וַיִּשְׂרַב vitæ. Hieronymum verò non ex scripto, sed ex auditu transulisse facile adducor ut credam; quandoquidem testatur alicubi se tres Salomonis libros triduo latinitati donasse. A Septuaginta omisso est hæc particula; nam, cui famulus? legitur, ad Hebraicam veritatem proprius accedentes. Hebraei וַיִּשְׂרַב vitæ, et וַיִּשְׂרַב duas dolentium voces interpretantur, q. d.: Cui tantæ contingent angustiae et miseriae ut ohe et uote clamare cogatur, in corpore videret male affectus, et in rebus ad mendicitatem redactus? Cui rixæ? Septuaginta: Τὸν διζωβος; cui tumultus? Levi Ben Gerson, dissensiones, irritationes, quæ inter pocula oriri solent cum magno computationum dedecore. — Cui fovea? In Hebræo וַיִּשְׂרַב etiam hoc loco videtur Hieronymus legisse vel sine punctis, vel ex auditu non ex scripto traduxisse. Levissimum discrimen est inter schin et sin litteras, cum quarum prior scribitur וַיִּשְׂרַב verbum, quod inclinare significat, unde nomen וַיִּשְׂרַב fovea; cum secundâ verò verbum וַיִּשְׂרַב meditari, loqui, unde nomen וַיִּשְׂרַב meditatio, locutio, et loquacitas in malam partem. Hanc posteriorem lectionem et significationem omnes sequuntur

interpretes, et loco magis quadrat, ut sub poculis nascentur lites et sermones inanimati et nocentes, oburgationes videlicet, ex quibus sequitur pugna et vulnera. Unde sequitur: Cui sine causâ vulnera? Vel quod temerè inter ebrios oriantur pugnae et plage, aliquando inter amicos, et ob rem nihili, vel quod vulnera sine causâ et frustra sustineant homines, si quæ sustineant non in defensione patriæ nec ob bonum publicum. Cui suffussio oculorum? Aliter rubedo oculorum, neque potest aliter intelligi juxta Hebræos. Hieronymus fuit offensus, ni fallor, eâ significatione vocis, cum alibi sumatur in bonam partem, nempe Gen. 49: Rubicundiores oculi ejus vino. Non videbatur congruere idem elogium ebriosi aptare, quos reprehendit, et Messix, quem spiritu prophætico laudavit Jacob. Septuaginta. Ividos oculos interpretantur, sive nigros: τὸς πύλινος et οὐρανοῦ; Latini codices aliquot, quos castigatores esse puto, habent suffussio oculorum, quemadmodum legit et interpretatur Beda, ad caliginem et cæcitatem oculorum referens quæ ex immo dico vino quandoque accidit. Connumeratis plurimis malis et maximis damnis, quorum etsi non omnia omnibus computatoribus accidant, omnibus tamen ex his aliqua contingunt. Aliis vel corporis totius vitæ et miseria, vel vitæ in rebus externis ad mendicantem devolutis contigit; aliis contingit oculorum cæcitas, et rubedo totius oris; alii vel accipiunt vel indignant vulnera per insaniam; alii linguæ impotentiam frenare non valentes, rixantur et oburgant plusquam multibriter; sunt denique qui in futilem laxam linguæ verbositatem, postquam cerebrum occupaverit vinum, ut amplius pro hominibus haberi non possint. Hæc longè absurdissima ob oculos ponens per admirationem vel interrogationem, auditoris animum suspendit: ut si qui fuerint huic vitio ebrietas obnoxii, tantas tamen absurditates non poterant non condemnare, non abhorre; sic absolute prepositas, quas si statim cum vini amatoribus conjunxisset, minus idoneos minusque benevolos aliquot habuisset auditores. Nunc verò tot connumeratis malis, quæ nemo vel sensu communi præditus possit comprobare, tandem ad eos qui dies noctesque potando consumunt subitò deflectit sermonem, ut jam vel nolentes sua vitia cernere velut in speculo cogantur, qui alioquin hæc oculos flectere nolissent. Sequitur: Nonne his qui morantur in vino? Absque interrogatione legunt Hebræi: His qui protrahunt tempus, supple vel qui seipsum immorari faciunt et tempus consumere; et sic Septuaginta: Οὐ τὸν ἐπιζωβοντες ἐβριωται, super vinum, quærentes non solum plurimum vini bibere, sed quam plurimum tempus inter bibendum consumere. Et student calicibus epotandis. Hebr.: His qui cum ad investigandum mixtum, vel potius temperatum vinum; vel qui quærant locum ubi vina miscentur, hoc est convivia celebrantur; et sic Septuaginta: Οὐ τὸν ἐπιζωβοντες τὸν ἀποκαθιστάντες; Nonne investigantium ubi convivia fiunt? Ne intuearis vinum quando flavescit, vel rubescit, ut est in Hebræo. Quamvis ista viderentur levia, tamen visum est Sapientis minima non esse negligenda. Nam ex parvis initiis res maximo

nascuntur, et ab omni specie malâ abstinete vos, 1 Thess. 5. In contrariam partem flectenda est virga curva, ut aliquando recta fiat. Qui his vitis sunt obnoxii, nempe crapula et ebrietate, amputare occasiones, non provocare vel accendere gulam, debent. Accenditur autem dum quis non nature necessitati satisfacit, sed otiosè sensus oblectat. Quod in contextu habemus de colore vini non contemplando, ad quas-cumque sensuum illecebras referri potest; q. d., ut hi qui sese oblectant poculorum aspectu, plus justo non unquam bibunt. Nam rectius ibi, hoc est, majore facilitate et dulcedine per fauces videtur descendere merum quod oculis vehementer placuit. Ita in reliquis morbis animæ, ingens ubique ex sensibus ad mentem et rationem subvertendam comparatur aditus. Ne contempleris igitur vinum, hoc est, externos cohibe sensus, per quos recto tramite voluptates ingrediuntur ad animam, et vitia carnis faciliè superabis. Nam ut vinum quod valde placuit oculis sine obstaculo ingreditur, sic vix potest animus recusare quod externis sensibus sæpè ingestum vehementer arrisit. Et proinde non iniçia voluptatum, quæ blanda sunt, sed exitus, qui sunt acerbissimi, spectare debes. Magna cum amonitione ingressus est vinum, sed postea mordebit ut colleber, dum rationis integritatem evertit, dum corporis temperantiam confundit, et ex homine porcum facit aut canem; imò ad insaniam transfert, non minus quam si quis à colubro aut regulo fuerit ictus. Hæc absurda, et alia quæ sequuntur in contextu, ante videre oportet et collibere sensus.

VERS. 33, 34, 35. — OCULI TUI VIDERUNT EXTRA-NEAS, ET COR TUUM LOQUETUR PERVERSA. ET ERIS VELUTI DORMIENS IN MEDIO MARIS, ET QUASI SOPITUS GUBERNATOR AMISSO GLAVO. (Heb.: Et eris ut dormiens in corde maris, et sicut dormiens in capite maris.) ET DICES: VERBERAVERUNT ME, SED NON DOLUI; TRAXERUNT ME, SED NON SENSII; QUANDO EVIGILAVO ET RURSUS VINA REPERIAM? Hebr.: Verberaverunt me, non egrotavi; conculserunt me, non cognovi; quando expergiscor, addam, investigabo illud. Adhuc persequitur Salomon absurda quæ sequuntur ex immo dico vino, quod immo dico haustum, post eversam mentis serenitatem, et indocentiam insaniam; in somnum gravem et amarum resolvit hominem. Oculi tui videbunt extraneas. Visiones intelligent major pars interpretum. Aben Ezra subintellegit mulieres extraneas; ut sit sensus non alienis ad eo quod scribit Hieronymus alicubi: Venter astutus nero spinat in libidine. Alioquin mihi magis arridet prior expositio. Visiones intelligimus sive quæ in somnis sive quæ mentibus ebriorum occurrunt; unde et corda eorum loquantur perversa, veritati contraria, vel contraria æquo et bono; idque ex animo, non jocando

## CAPUT XXIV.

1. Ne emuleris viros malos, nec desideres esse cum eis.
2. Quia rapinas meditatatur mens eorum, et fraudes abia eorum loquantur.
3. Sapientia edificabitur domus, et prudentia robotabitur.

aut ridendo, ut solent qui hilaritatem quandam præseferunt: sed hi qui vino mordentur, in rebus vanis et somniis similibus sunt vehementes. Aliter, cor tuum loquetur, cogitabit perversa, cum oculi tui viderint mulieres extraneas, hoc est, alterius familie, quæ non sunt neque sorores neque uxores tua, vel quæ sunt alterius religionis et sectæ; captum videlicet illarum more, iniqua cogitabit cor tuum, nempe te velles eis potiri per fas vel nefas; quod perversum et legi Dei contrarium est. Et eris veluti dormiens. Qui dormiunt vel jacet in navi putant omnia moveri et seipsos quiescere; idem contingit ebriis; putant terram moveri. Aliter: Eris vehementer jactatus, ut ne dormire quidem possis quietè; q. d.: Neque vigilare cum decore neque dormire cum quiete poteris. Nam qui in summitate mali dormire conatur, jactationes gravissimas patitur. Aliter, ut sit metaphora locutio: Eris tanquam nauclerus qui stritit diem per medium maris navigat; penes quem totius navis salus est; aut eris velut ille qui in summitate mali constitutus, quatenus vel de adventu piratarum significet, vel portum et terram speculetur; ut istis, inquam, dormientibus, dum per medium maris navigatur, omnium qui in mari sunt periclitatur salus, sic erit is qui vino sepultus absurda sive contraria aliis hominibus et videt et loquitur; navem suam in cursu hujus vitæ rectè gubernare non potest. Nam dormiente nauclero, hoc est, mente et ratione (dormit autem quando voluptatibus vacant sensus) reliqui nautæ, hoc est, relique potentia, frustra laborant remigando. Sicut absente Christo tota nocte Apostoli laborantes nihil ceperunt, Luc. 5. Nam mens reliquis animæ viribus præesse debet, et vigilare veluti in summitate mali navis, ne à piratis aut prædonibus spoliata navicula corporis nostri submergatur ac suffocetur à voluptatibus hujus vitæ. Percusserunt me. Cum multis modis misera sit conditio ebriorum, in hoc tamen miserissimi sunt quod sua mala minime omnino sentiant. Nam injurias accipiunt et opprobria frequenter, nonnunquam etiam vapulant, ut possit dicere unusquisque eorum: Percusserunt me, hoc est, vel revera plagas passus sum et verbera sustinui, vel injurias sustinui et irrisiones et scommatas; et tamen non egrotavi, non sum læsus. Traxerunt me, vel, ut est in Hebræo, frøgerunt, contrinuerunt me, et non novi, scilicet quis fecerit, vel non novi me tam absurda passum donec expergiscerem. Sed omnium denique absurdissimum est, quod cum sentiant se omnium esse miserissimos, obnoxios injuriis, obnoxios tunc ad se redierint, ad eadem mala, tanquam sus lota ad volutabrum, 2 Petr. 2, redire festinant.

## CHAPITRE XXIV.

1. Ne portez point envie aux méchants, ne désirez point d'être avec eux.
2. Parce que leur esprit médite les rapines, et que les paroles de leurs lèvres ne sont que tromperie.
3. La maison se bâtit par la sagesse, et elle s'affermira par la prudence.